

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1288 - 1289

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](#)

verit, super hoc instituatur actio,<sup>a)</sup> fiat ordinum comparatio, quod tamen indecens est, et videbitur, utrum vobis an aliis palma victorie debeatur. videte concussionem, videte calumpniam et cavete. nam si tantum malum vestra negligentia permiserit, collata in vos honorificencia minor erit. verissime enim creditur, quod jacula, que in ipsum publice ja-  
ciuntur, clam subministrentur. unde si apud vos secure remanere non potest, que-  
rat tucius presidium. et vos sibi tamquam fratri vestro vobis simpliciter obligato de  
victu providere tenebimini et vestitu, nisi aliud auctoritate superioris fuerit ordina-  
tum. nec dubium, quin ad vos pertineat, quicquid lucratur, nisi a vobis pro abjecto  
et exposito habeatur. valete. datum Columbarie.

<sup>10</sup> *B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 153. Ueberschrift von gleicher Hand ammonitio ad sorores sancte Agnetis, quomodo se habeant ad capellatum suum. Datirung nach der Stellung des Schreibens im Codex. Vergl. Finke Dominikanerbriefe S. 120 ff.*

273. Der Provinzial der Dominikaner gibt den Schwestern der Straßburger Klöster St. Marx, St. Agnes, St. Nicolaus, St. Katherina, St. Elisabeth, St. Johann und St. Margarethen Verhaltungsmaßregeln für die Zeit des Interdicts. [1289 Frühjahr] Hagenau.

Priorissis et sororibus monasteriorum sanctorum Marci, Agnetis, Nycolai, Kate-  
rine, Elizabet, Johannis, Margarete provincialis<sup>1</sup> de modo, quo modo se tenere de-  
beant. ex eo tempore, quo potentia civium Argentinensium fratres de civitate ipsa  
ejecit, multe suborte sunt questiones et ad me diversis perlate vicibus, quibus res-  
pondi, prout potui, mittens litteras hinc et inde. quas si vobis communicassetis  
mutuo, de modo vivendi ut nunc satis instrui poteratis. sed quia, ut arbitror, aliquae  
ad vos non venerunt, aliqe gnaro interprete caruerunt, quasdam abjecit negligen-  
tia, ceteras oblivio sepelivit, omnibus litteris, quas hactenus vobis misi, revocatis.  
in istis vobis significare curavi, qualiter custodiatis innocenciam et declinetis offen-  
sam. primum igitur admoneo, ne communicetis nominatim excommunicatis et inter-  
dictis, scientes, quod si hoc feceritis in contemptum, peccatum incurritis criminale.  
porro qui sint nominatim excommunicati, infallibiliter scire potestis, nec excusat, si  
tales parentes vestri sunt, nam ab ipsorum potestate et federe religio vos exemit.

a) *B acto.*

<sup>1</sup> Um diese Zeit hatte der Provinzial von Freiburg aus auch an den Lector zu Krems über die Straßburger Wirren u. A. geschrieben, auch über die Verhandlungen zu Worms: detinet me eorum expectatio, qui venire debent de Wormacia, fratrum causam et processum, que illuc agitur, relaturi. nam ex fine preeuntis est inicium termini subsequentis et sine meo consilio, si quod tamen est, nec sumptus nec advocatorum copia negotio competens haberetur. dudum remisi . . priores Argentinensem et Zovingensem ad curiam et jam, si mihi mandatur, post eos nuncium agitabo, und weiter: frater Wilhelmus de Treviris ingreditur et quia solus quasi apparebat, boni nuncii omen erat. retulit enim de successu cause in Wormacia optato, sicut litis fieri poterat juxta cursum. contra libellum et rescriptum exceptum est additis rationibus, quibus oportet suo tempore responderi etc. fol. 156<sup>c</sup> vergl. Finke a. a. O. S. 126.